



2b. 15



47.
58

RECTOR
ACADEMIÆ FRANCO-
FURTANÆ
M. JOHANNES
SCHOSSERUS

Rhetorices Professor P. & Philosophicæ
Facultatis Senior,

Ad
Gloriosam Salvatoris nostri
RESVRRECTIONEM

devotè concclebrandam

&

*Debitam gratitudinem erga venerandum Mi-
nisterium declarandam*

Omnes Reipub. litterariæ cives
peramanter invitatur

*V. KL. Aprileis
anni*

∞ . 13 . CXXIV.

LITTERIS

Hartmannianis.



11

RECTOR

ACADEMIAE FRANKOV.

JOHANNES

SCHLOSSER

Rhetoricus Professor P. & Philologicus

locutus Senior

16

Christophorus Zacherius

RESURRECTIONEM

deorum celebrandam

Debitum gratitudinem erga Christum

Christum declarandam

Omnes Rcipib. litterarum

permanerentibus


N. N. N.

16. 10. 1711

LITTE

Hartmann





Cquis Idumæo grassatur tramite,
ruffo

De Bozra veniens humeros ado-
pertus amictu,

Quem stola, quem virtus, quem
summa potentia cingit?

Ille ego justitiam populo qui proloquor omni,

Magnusq; electis clueo conferre Salutem.

Unde sed est textum rubicundo informe colore,

Et tunica squalens guttis, velut atra colorem

In solitum vestis prolo subducit ab urvâ,

Calcatisq; pedum fucantur vincula botris?

Quis tibi tam fadè niveos fuscavit amictus?

Torcula calcavi solus: mihi nemo meorum

In partem venit cuncta de gente laborum.

Calcavi seva populos accensus ab irâ,

Calcavi populos, generavit ut ira furorem:

Ist hoc de tortu pressi fluxere liquores:

Hinc mihi conspersa est facies, hinc undiq; corpus,

Hinc vestem sanguis turpavit & imbuit omnem.

Eheu tunc Deus, roseo formosior astro?

Tunc Deus, cælo missus Salvator in orbem?

Ille ne Iustitiæ es Doctor, penetrabilia cordis

Perre-

Perreptans? tunc aspectu speciosus amano
Pranatis hominum, de cuius, gratia manat
Undatim, labiis? ubi nunc nitor ille decorus?
Quo formosa tibi species evanuit? ore
Quam deformatus, cinctu quam versicolore es?
Heu quam confossum numero vulnere corpus
Tam sanctum cerno! quam lata molle fenestra
Pectus hiat, dirà patefactum cuspide ferri!
Sente ut vulnifico perarantur tempora! clavis
Ut terebrata manus lignoq, affixa trabali
Utraq, transadigit plantas ut mucro rigentes!
Ut gabalus vitam deformis turpiter haurit!
Cui de te tantum licuit scelus? an Deus istis
Vulneribus, tetraq, etiam Vita ipsa potestur
Mortem api? Lignum quodnam caluisse cruore,
Qui clavi tetulere, tuo? Tibi cotana ficus
Deficiente cibo largiri nescia, succis
Extemplo viduata suis exaruit, agroq,
Æternum ficcis permansit mortuaramis;
Et non ligna, quibus leto maclavit & orco
Terabies hominum, pereunt? non hasta liquefcit?
Siccine transfixa, toties quæ carula ponti
Calcarunt vasti, planta, freta? siccine palma

Mor-

Morbos quater toties, mortem totiesq; fugarunt?
Flumina, doct' a prius sequier quodcunq; juberetur,
Seu mulcere dedit tumidos seu tollere fluctus,
Quae vos quae deses tenuit mora? rumpere claustra
Ecquid cessatis, pelageq; involvere flatu
Horrisono, mersasq; undis absumere gentes?
Eccur non caelo mittuntur fulmina, leto
Omnes aetherii quae sternant vindicis igne?
Hos anima nuper lessus fudere fideles,
Sic genuere pii, fuerunt queis vulnera Christi
Vulnus, mastificum queis funus funera Christi,
Et queis spina caput Capitis, queis verberare terga
Crudeli mastix quassit. Sed sint quoq; fanus.
Vulnera sint fanus magis haec, an funus acerbum?
Et funus nobis, & fanus amabile sunt o.
Sint nobis lacrimae, lacrimas quae abstergere nostras
Sufficiant, nostroq; infundere gaudia cordi.
Lugeat insanum Iudaeus Apella, cruentis
Qui tot supplicis rabiose exercuit, irae
Tartareisq; actus furiis, de crimine nunquam
Convictum, roseumq; Dei profundere sanguen
Ausus, vaticina adversum se carmina trusit:
Suscipiat Nemesis vindictam sanguinis hujus
Ultrix

Ultrix in nobis ipsis seroq; nepote.
Sed miseri paullo post quem fixere videbant,
Sed miseri tandem, quem transfixere, videbunt.
Lugeat Orcus hians, Orci Rex lugeat, & Mors,
Qui laqueis pradam captantes, prada triumphusq;
Extiterunt. Orci perfractus carcer, & umbris
Educti manes, in lucis regna, piorum.
Fracta jacent Stygii sua tela & adorea Regis,
Fracta manu Christi victrice, Spicula Mortis
Ledere nequicquam, post hac prodesse valebunt.
Nos Mors, nos Demon, nos Orcus, & acrior orco
Ardens offensi Iovæ nos ira premebat:
Christus adest, & sponte sua cum sanguine pœnas
Ob commissa luit nostratia. Tempora vepres
Hirsuti laniant, ut nos diademate cingat
Immarcescenti nunquam, cæloq; decoros
Reducat. Flagris inscriptum corpus abunde
Sanguineos stillat latices, ut pocula nobis
Dulcia suppeditet vita, flammâq; parentis
Irarum exstinguat flagrantes. Pectore latum
Vulnus hiat sancto, quo cernas imitus ipsa
Viscera, & immensum cognoscas certus amorem.
Ipsa ultrò moritur Vita, ut moriatur inanis

Mors

Mors, nec mortalis toties moriatur homullus
Morte immortalis. Condunt ex angue sepulcro
Corpus marmoreo, cingunt & milite claustra,
Signoq; obsignant: ut nostra sepulcrum resignans
Sanctificet, tumulis cinerumq; membra reducat.
Ut lux Eois properavit tertia ab oris,
De victi spoliis Erebi surrexit onustus,
U; quoniam Caput est nostrum, nos insita membra,
Quum primum luxit, surgamus ad optima vita.

Ergo bona menti jam dudum operata juventus
Phaëtoq; & Phaëto qui major Apolline, Christo,
Peccati è caeno confestim surgito. Christus
Entibi surrexit. Tu nondum? Surge: sub orco
Dormitanda tibi ne nox aeterna. Resurge
Cum Capite eugetuo. Qui Nati à sanguine sumit
Immeriti pœnas tam grandes, crimina propter;
Qua non ingratos maectabit vindice seruos
Morte? Arbos viridans & vita nobile lignum
Uritur; Et quas non patientur putria pœnas
Sarmenta? E leto scelerum rediuiuus honori
Surge resurgentis, letos modulamine cantus
Accine Victori. Sensus de pectore tolle
Infestos, tantum spirent praecordia Christum.

Sur-

Surge, tuo & Capiti, membrisq; adungere Christi,
Qui sese voluit vivis ostendere vivum,
Vivis, non somno peccati aut labe sepultis:
Et dum salvifico sacra dogmate personat edis,
Arrectas adhibe & vacuas à sordibus aures,
Quæq; aures capiunt: operum mox exprime factis.
Non voluisse sat est in sacris: facta sequantur.
En viola assurgit, Christi patientis imago
Atq; resurgentis, gemino decorata colore,
Cernes, Phæbus ubi niveos detraxit amictus.
Tu cessas? Surge & cui vis sua munera porta:
CORDA Deo, fratri DEXTRAM, Christi, ÆRA,
ministris.

Sic surrexisti, sic corde resurgis & are:
Sic tibi qui moritur IESUS, tibi surgit & idem:
Sic tibi funus erunt morientis vulnera IESU,
Sic tibi fanus erunt surgentis funera IESU.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle

3

002 177 021



5b-700



Von 7

MC







B.I.G.

Farbkarte #13

CTOR
E FRANCO-
TANÆ

ANNES

SSERUS

or P. & Philosophicæ
is Senior,

*Ad
salvatoris nostri*

CTIONEM

celebrandam

*erga venerandum Mi-
deklarandam*

. litterariæ cives

ter invitat

*L. Aprileis
anni*

CXXIV.

TERIS

annianis.

47.

58

